


DE METALLIS, Sectio V.



De metallis temperatis.

AURUM (Ital. & Hisp. Oro. Gall. Or. Ger. Gold.) omnium metallorum præstantissimum est, ductile, colore lucido, illi; persimile, quo cuncta à Sole illustrantur. Insuper propria quadam attractrice vi pollet, qua respicientium animos allicit, & disponit, ut ab ipsis illico desideretur. Unde quidam existimant, auro proprias quamplurimas esse dotas. In Italia propriè sinceri auri fodinæ (quod sciam) nullibi extant. Atqui in Germania, Pannonia ac Transylvania ex pluribus in locis habentur. Auri venam in omnibus locis crediderim gigni, ubi cœlum id causæ elementaris influat, ac disponat. Hujus vena variis lapidibus impacta visitur in asperitiorum montium visceribus. Verùm ea omnium præstantissima auri vena censetur, cui cæruleus lapis fuerit admixtus, tantò enim melior hæc, quantò ponderosior, & colore vigentior: adeò ut illa cæteras præcellat, quæ pluribus auri guttis scinditur, vel in qua plures auri lineæ intercurrentes conspiciantur. Est etiã auri ferax diversorum fluminum arena. Siquidè præcul dubio cõstat in Hispania Tagù, in Thracia Ebrù, in India Gangen & Paçolum, in Pannonia Istrum, in Germania Rhenum, in Italia Padum & Ticinum, aureas ducere arenas, à quibus arte quadam aurum omnium probatissimum elicitor. Verumtamen non omnibus eorum locis aureæ eadem sunt arenæ. * Aurum in omnibus suis partibus æquale est, cor & vitale facultatem mirum in modum corroborat: inferitur medicamentis, quæ atrabiliaris competunt morbis. Adhæc ubi actuali cauterio sit opus, igitur aurum cæteris præstat metallis, quòd ulcus inde exortum citius consanescat. In ore contentum, anhelitus graveolentiam tollit. Auri scobs porphyrite lapide lævigata, in ea medicamenta additur, quæ ad alopecias & lichenas parantur, tam intus in corpus sumptum, quàm extrà medicamentis exceptum. Hæc item eodem modo diutius lævigata, adeò ut tactum ferè effugiat, oculis immittitur ad roborandã eorum aciem. Bibitur autè & ad cordis affectus, & animi mœiores. Cardiacæ melancholicæ, cordis palpitacioni, morbo attonico, comitiali, elephanthaco medetur: adhæc spiritus animales, vitalesq; recreat. Utendi ratio est, cum vel candens jusculis, aliisve succis, vel destillatis fringitur, vel in pulverem redigitur, vel in oleum convertitur. Si liquidum est, guttæ, tres, aut plures guttæ ex vino malvatico assumentur: si pulverem ejus exhibere voles, scrupuli dimidiom satisfaciet: humoris candente auro imbuti cyathus. Eligitur purissimum quodq; sive ex asperitiorum montium visceribus, sive ex fluminum arenis colligatur. *Avicenna, Matthiolus, Andernacus.*

De metallis calefacientibus & siccantibus in gradu secundo.

FERRUM (Ital. Ferro. Gall. Fer. Hisp. Hierro. Germ. Eisen.) extenuat, siccatur, resolvit: scobs

A ipsius candens vino & aqua extincta, stomachi imbecillitati, cœliactis, dysentericis, lienisq; abscessui auxiliatur: profusio urinæ, menstruorumq; & spuro sanguinis, aqua cui ferrum candens intingitur, potu conducit. Squama ferri ex ferro decidens dum aqua extinguitur, ad ejus indurationem, aliãve ob causam in fabricorum officinis reperitur. De croco Martis vide suo loco. *Andernacus.*

B CINNABARIS (German. Cinnober.) vera (quæ res mineralis erat) hodie ignoratur. Cinnabaris verò neotericorum factiva, est quiddam ex sulphure vivo & argento vivo simul ustis, proinde nulla ratione substitui debet pro cinnabari Græcorum, quæ vires habebat easdem cum hæmatite lapide, & tam rara erat, etiam ætate Dioscoridis, ut versicoloribus pedorum lineis vix satisfacere: unde eam incognitam esse facti cogimur. *Medici Colonienjes.*

C De metallis calefacientibus & siccantibus in gradu tertio.

FLORS æris grana quædam sunt minutissima panici effigie, rubentia æris modo, quæ exiliunt ac erumpunt, quando æs per cola funditur, & aqua pura & frigidissima affunditur. Facile reperiri potest in æris officinis. Optimus est siccabilis, in attritu fulvescat, nili effigie & numero brevis, ponderosus, modicè splendens acque constringens, qui delimita æris scobem nò recipit, quæ sæpe adulteratur. Sed id facile deprehenditur, cum dentium illitu dilatantur ramicæ. Fit autem, cum æs fornacibus fufum, in receptacula delabitur, per cola fistularum ad ea pertinentium, tum huic negotio additi ministris, sordes expurgantes, aquam clarissimã infundunt, refrigerandi proposito: itaq; repentino concretu, ac addensatione, velut expulsi, & erumpit ante dictus flos. * Adstringit, & excrecencia coerces: offusam oculis caliginem emendat, sed magno opere mordet. Quater nãm obolorum pondera crassum humorem extrahit, carnosa narium, & sedis vitia absumit: eruptiones papularum cum vino cohibet. Candidus contra diuturnas aurium gravitates tritus, in eas per fistulam flatu impellitur: uram, tonsillasq; reprimat farina ejus cum melle admota. *Dioscorides.*

Æsustum probatur rubrum, & quod contritu colore cinnabarin imitetur: nigrum verò plus quàm deceat, exustum est. Fit autem à clavis solutarum navium, siccili crudo compositis: subsperfo sulphure cum sale pari, omnibus vicissim insperbis, siccile, circumlito figulari creta spiramento, fornacibus inditur, donec figillum petroquatur. Quidam pro sulphure & sale alumini inspergant Alii sine sulphure ac sale, siccili multos dies urunt. Alii sulphure solo utuntur, fuliginem tamè excutiunt. Alii oblitos siccili alumine clavos cum sulphure & aceto, siccili crudo cremant. Alii in ænea olla aceto resperfos urunt, ac iterum & tertio idem efficiunt, postea recedunt. Principem locum tenet, in Memphis

te combustum: proximum, in Cypro. *Astringit, exsiccat, reprimat, extenuat, attrahit: ulcera purgat, & ad cicatricem perducit: vitia oculorum emendat, excrecentias in carne consumit, nomas cohibet: vomitus ciet cum hydromelite potum, aut cum melle delictam, illisumve. Lavatur ut Cadmia, mutata quater die aqua, donec nulla prorsus fordes emergat. *Discozides.*

SQUAMA aris excussa ex Cypriis officinarum clavus, crassa quidem ipsa praestantior, quae helix, id est, clavatis nominatur. Sed ex vili promiscuoque aere, aut caecido, vitiosa intelligitur: quam, utpote tenuem & invalidam, damnamus maxime, approbantem crassam, rufam praesertim si aere resperfit aruginem contrahat. *Vim habet adstrictoriam, extenuantem, reprimentem & erodentem: nomas coarctat, ulcera ad cicatricem perducit, pota ex aqua mulla, aquam trahit. Aliqui farina subactum dant in catapotio. Additur ad oculorum medicamenta: genarum namque scabritie absumit, & fluxiones exsiccat. *Discozides.*

AERUGO (Ger. Spongrin) rafa sit in modis. In cadum aut aliud consimile vas, acetum quam acerrimum infunditur, superponitur inde inversum aeneum vas, praesertim cocameratum: si minus, planum: sitque obstructum, nullumque habeat spiramentum: exempto, quo dolium obturaveris, operculo, decimam post diem insidens arugo deraditur. Aut aris lamina in cadis super acetum ita suspenditur, ne ipsum attingat, & eodem post dies raditur. Aut massula aris, aut lamina una pluresve vineae non recentibus, sed iam acescentibus conduntur, & simili modo versantur. Quis etiam ex delimitata aris scobe aruginem facere licet: nec non e laminis, quibus bractea auri conclusa malleo ducuntur, si quis eas aceto respergat, & ter aut quater verteret, donec aruginem contrahat. Tradunt aruginem in Cypriis metallis gigni, lapideibus quibusdam nonnullis aris habentibus, quibus arugo efflorescit: adduntque per Canticula aelus e quadam specu manaret sed illam paucam, & optimam esse, hanc speluncis effluentem, copiosam quidem & boni coloris, sed vitiosam, quod lapides multos collegerit. Pluribus autem modis adulterant: aliqui pumice admisto, alii marmore, alii atramento sutorio. Sed deprehendimus pumicem, aut marmor, dum pollice sinistrae manus madefacto aruginis portunculam altero atterimus: siquidem eam distanti consistat: marmoris autem pumicisque partes coeunt non dissipatae, demumque tractatione crebra & humoris complexu dealbescent, quin & dentium appressu: siquidem sincera cedit, levis, & sine asperitate. Atramentum vero sutorium igne coarguitur: namque, si sicculo, aut lamina adulterata arugine illinatur, & ferventi cinere, aut carbonibus incalcescat, alterutrum mutabitur, rubescetque; id, quod atramentum sutorium acceperit: quod id usum suapte natura sortitur colorem. *Discozides.*

AERUGINIS, quam vocant scoleciam, duo sunt genera: quaedam fossilis est, altera factitia ad

A hunc modum. In mortario Cyprii aris dimidiâ heminam aceti albi acrisque, pistillo cupreo conterito, donec strigenti crassitudinem imitetur: deinde aluminis rotundi drachmam unam cum salis fossili translucentis, aut mariae quam albilissimi, solidi, aut certe cum nitri pari pondere teritur in Sole aestuosissimis diebus, sub sigillis canaliculæ, donec colorem eruginis contrahat, & concretu strigentiosum fiat: ubi autem se in vermiculorum Rhodiensis similibus specie coegerit, recondito. Efficax, & valde boni coloris redditur, si duas partes veteris, cum una aceti adjectoris, & alia, quae dicta sunt, peregeris. Sunt qui aruginem rasillem, quae in apparatu non respondit, gummi multo digerant in formas, & ita vendant, quod genus, ut vitiosum, improbat. Fit & quaedam arugo ab aurificibus, mortario & pistillo Cyprii aris, cum urina pueri impubis, qua aurum ferruminant. Antedicta eruginem genera usito erominino respondet, sed magis effectu valde. Sciendâ, fossilem scoleciam praestantissimam esse: dera-

C sam sequi postremo loco factitiâ, mordacissima tamen est haec & magis altringens. Autificum autem arugo rafa respondet. *Aruginem omnes astringunt, extenuant, exsiccant, oculorum cicatrices emendant, lachrymas cient, nomas fissunt, vulnera ab inflammatione tumentur. Ulcera ex oleo cerae, ad cicatricem perducunt: callos, & fordida ulcera purgant, cum melle colite: cal-

D lum fistularum erodunt eam ammoniacis, collyrii modo in eas adacta, ad gingivarum autem excrecentias, & extuberationes utiles. Magnopere extenuant genarum crassitudinem, cum melle illita: verum post illitionem spongia ex aqua calida locus fovendus est. resina cerebintina excepta, cum aere & nitro lepras abigant. Uritur arugo, quamvis unquam, velis, minutissimè fracta, e-

E minutaque, in fictili patina, flagrantibus prunis superposita, vortaturque, donec in tere, & colorem cinereum concipiat: postea refrigerata reponitur ad usum. Sunt qui eruda olla eam urant, uti dictum est: sed non prorsus eundem colorem cromata reddit. *Discozides.* Porro aruginem, quod colore sit vitiosi, officinae ac medicinae Italiae aris vitide nuncupant, & vulgari sermone *Verda rano.* Verum quavis officinae eo in universum abundat, sinceri tamen parum ostendunt. Scoleciam arugine, ac fossiliâ destituimus: quod altera (quod sciam) hoc tempore non pareretur, altera vero ab aeriis fodinis, ubi forasse plurima reperitur, a fossilibus non deseratur. Proinde cum harum copia non sit, ea tantum utimur, quae aere in acerrimis cadis demisso, aut vineaeis jam acescentibus obruto, coescitur. Hallucinantur, qui credunt, aruginem & aris florè, unam & eandem rem esse. *Marthiolus.*

DIPHRYGES, quasi bis tostus, est perfecti aris veluti sex subsidis, & coherens imè fornacis parti: ablato aere post aquae frigidae effusionem visitur, acre est, ut ars usum, praesertim quod saporè aris & aruginis habet, astringens & vehementer siccas linguis, quod exusta ochra sibi non vendicat, quae

& destillationes, sudores quoque conspersum inhibet: podagricis cum aqua & nitro illitum, conducit: gravitatem auditus, sufficit nidoze raptim per fistulam hausto, sanat. Lethargicos suffitu excitat: erumpentem undecunq; sanguinem sistit. Contusus auribus, cum vino & melle illitum, medetur. Chymici oleum seu balsamum ex eo adeo efficax consiciunt, ut neque vivum corpus, neq; mortuum ad putre linem transire sicut: sed adeo integrum tueatur, ut neq; ulla celestis impressio, vel ab elementis profecta corruptio, vel ab ipso jam ortu indulta obesse ei possit, de quo vide suo loco. *Discofides, Andernacensis.*

CHALCITIS, metallica res est, in venis aurariis nata, medicis inter Misy & Sory facultatis, medietq; situs. Praefertur similis zeri, friabilis, nec lapidosa, nec inveterata, intercurtantibus oblongis venis splendentibusque, cujusmodi est, quae in Tuscia Italiae parte invenitur. In Germania etiam Chalcitidis genus reperitur, lapidosum, ponderosum, rubrum cum scintillis aureis. Praefertur Italica, potissimum ad Theriacae compositionem: ad reliquorum vero medicamentorum compositionem Germanica uti possumus. * Caterum Chalcitidi absterforia vis inest, excaefaciens, & crustas ulceribus obducens: purgat, quae oculis & eorundem angulis haerent. In genere leviter erodentium est, &c. *Discofides, & Medici Florentini.*

Chalcitis raro Neapoli reperitur, quamquam Puteolis quoque reperitur, sed in pauca quantitate. Quod si quis Chalcanthum admodum vetustum nactus fuerit, is in eo inveniet efflorescens Misy, & Chalcitidem, quae Chalcitis cognoscitur, quod colorem habeat arsi, eumq; lucidum. Suntq; penes me multa frustra Chalcanthi, quae jam quasi universa mutata sunt in chalcitiam, itemq; alia in Misy, de qua mutatione Galenus in multis locis differit. Haec Chalcitis tamen in se continet adhuc reliquias aliquot Chalcanthi nondum omnino transmutati, nihilominus accipi potest: illa tota pars, quae jam mutata est, relicta ea quae in medio integra remansit. Praeterea Venetiis de nativa Chalcitide, & non transmutata haberi poterit ab iis, qui amicitiam contrahunt cum peritis huius rei hominibus, qui illam à diversis locis ad ipsorum usum solent curare offerri.

De metallis calidis & siccis in gradu quarto.

VITRIOLUM, Germ. *Witriol*, Ital. *Vitriolo*, Gall. *Vitriol*, Hisp. *Copparosa*. Graecis Chalcanthum, Latinis Atramentum sutorium appellatur, duplex est: factitium & nativum. Nativum in terrae venis aut saxorum commissuris concreta reperitur: aut dum ex iis guttatim distillat, partim ex iis stiriaturum instar dependet, partim in canalium fundum decidit. Hodie aliud item genus in terrae superficie concretum reperitur, quod vulgo Copparosa vocatur. Factitium etiã duplex est. Unum, quod in Cypro peculiariter

A fiebat ex aqua quadam manante ex foros, chalcitidis, & misyos fodinis, atque in piscinas quadratas effusa, ibi sponte concresebat. Alterum fit decocta aqua, in qua maduerit terra quaedam atramentosa: ut hodie moris est in multis locis. Nativum factitio praestantius est: ideo in eorum numerum Copparosa Cypria referri potest, cum sit aliorum penuria. Factitii generibus, Cyprum excellebat: cum verò delit, vitriolum Romanum, aut Siculum usurpari potest, veluti praestantissimum inter factitiorum genera. * Insigniter caefacit, maxime quae astrigit: ideo totius carnis naturam siccat, & in se contrahit. *Medici Florentini.*

AURIPIGMENTUM, Germ. *Sperment*, *Wersend*, Gall. *Orpin*, *Arsemit*, Ital. *Oprimento*. Hisp. *Oropimento* dicitur, aurum colore imitatur. Eius apud Discofides duo genera. Unum è multis squamis, ut altera alteri imposita videatur, constat: id si purum fuerit, nec ulli materiae permixtum, optimum existimatur. Alterum colore sandarachae, hoc est, rubrum, glandis effigie. Deligendum ergo aureo colore micans, è tenuibus squamis compactum, quod facile finditur, & lapillis aut terrae permixtum non est. Ex auripigmento nativo fit artificiale, Arsenicum videlicet & Reagal vulgo vocatum. * Vim habet astrictoriam & erodentem. Crustas cum vehementi uredine, & violento morfu excitat: reprimunt quae excrefcunt, & capillos evellit. De oleo, quod ex eo conficitur, vide infra suo loco. *Medici Florentini.*

SANDARACHA, Germ. *Bergret* dicitur, lapis est in metallicis venis, plerunq; cum auripigmento nascens, rufa est, cinnabaris colore, nonnihil ad luteum vergens, quae cum uritur, fumum exhalat pallidum, sulphureumq; virus redolet, tamen non consumatur. Facile hodie legitima haberi potest: factitia tamen etiam fieri potest, si auripigmento coquatur, donec cinnabaris colorem contrahat, potestque vere sandarachae loco substitui. Sed animadvertendum est, Sandarachae vocabulo apud Arabes vernicem intelligi, quae nihil aliud est, quam gummi juniperi, non autem praedictum lapidem. Itaque curam adhibeant Medici, ne altera alterius loco indifferenter utantur. * Vis eadem è ustio, quae auripigmento. Explet alopecias, refina excepta, & scabros unguis cum pice eximit. Contra pathiriasin ex oleo efficax est: tubercula cum adipe dilcutit. Prodest ad narium, orisq; ulcera, & ceteras papularum eruptiones cum rosaceo: item condylomata. Datur ex mulso, purulenta extrusentibus, sufficit quoque cum resina, adversus veterem tussim, raptim per fistulam nidoze: vocem expedit cum melle delincta: suspiriosis cum resina in catapotio optime datur. *Discofides & Florentini.*

CHRYSOCOLLA sive borax nativum, genus nitri fossilis est, ab Armenia, & Macedonia, & Cypro translaturum, in aurariis, argentariis & aurariis fodinis reperitur: praestantissimum est Armenium,

menium, ærarium præsini coloris: saporis nitro-
si cum æquali amaritudine, & substantia dura,
lisdem in locis reperitur, arenæ per se simile, aut
materix metallicæ permistum, sed quod abra-
sum arenæ similitudinem gerit. Hujus usus est in
medicamentis & aurifabrôrum officinis, quem ad-
modum apud veteres Chrysocolle. Factitia Chry-
socolla, Ger. *Burro*, Gall. *Colle à or, soudure d'or,*
borax, Ital. *Borras*, Hisp. *Borras à asincar* dicitur,
ex pueri urina in æreo mortario trita pistillo æ-
reo fiebat. Hæc Medicis in usu fuit. Sunt etiam
num alix factitix, quæ pectoribus tantum serviunt.
* Vis Chrysocollæ ad purgandas cicatrices: ex-
crefcentem carnem coarctat, astringit, purgat, ex-
calfacit, & modicè corpus mordendo exciit. In-
ter medicamenta intelligitur, quæ vomitiones
concitant, & necem inferre possunt. *Dioscorides*.

MISY assumentum natione Cyprium, anro
simile, durum, quod friando auri colorem imi-
tatur, & stellæ modo splendet. * Vim habet &
ustionem cum chalcitide eandem, præterquam
quod ploricum ex eo non conficitur, excessus,
defectusque ratione tantum differens. Egyp-
tium autem cæteris præstat, utpote quod effi-
caciùs habeatur, sed ad ocularia medicamenta
multo prædicto inferius. Quod si deficiat, ejus
loco sumi poterit vitriolum vetustum, ultum.
Dioscorides.

SORI existimantur aliqui melantheriam esse,
aberrantes: siquidem sui generis est sory, ei non
ablimile. Verum sori virus inest grave, & nau-
seam movens. Invenitur etiam in Ægypto, &
aliis quibusdam regionibus, ut in Libya, Hi-
pania, & Cypro. Præfertur Ægyptium, quodque
frianti nigrius apparet, in multa foramina dehi-
scens, tuppingue, insuper astringens, & ossætu
devoratione que magnum virus oleis, ita ut sto-
machus in vomitiones effundatur. Quod autem
friatum scintillas misyos modo non emittit, &
alterius generis esse, & invalidum cõsendum est.
* Vim & ustionem prædictis similem habet.
Dolori dentium cavernis inditum medetur, eos-
que labantes firmat: ischiadicis ex vino infusum
auxiliatur: illitum cum aqua, varos extinguit.
Medicamentis admisceatur, quæ capillos denigrat.
Hæc autem ferè omnia, & alia, quæ ustionem
experta non sunt, perustis validiora esse existi-
mantur: præter salinam, & vini faciem, nitrum, cal-
cem, & confimilia, quæ eruda, remissiora sunt:
combusta enim vinibus efficaciora redduntur.
Dioscorides.

MELANTHERIA gemine est originis: quedam
in faucibus cuniculorum, quibus æs eruitur, fa-
lis modo concrefcit. Alia verò in summa facie
supradictorum locorum coit, quæ terrena est.
Quietiam invenitur in Cilicia, & aliis quibus-
dam regionibus, fossilis quædam. Præstat, quæ
sulphuris colorem trahit, lævis, pura, æquabilis,
& quæ contactu aque confestim nigrescit. * Vim
causticam eam obinet, quam & misy. Si deficiat,
ejus loco accipiatur vitriolum, aut copparosa di-
cta. *Dioscorides*.

De metallis frigidis in primo.

STIMM, vel STIBIUM, vulgò ANTIMO-
NIUM, Germ. *Spießglas*, Gall. *Antimoine*, Ital.
Antimonio, Hisp. *El alcohol* dicitur, optimù, quod
splendissimum est, modoq; nœcularum emi-
cat, contractu crustosum, nihil terræ aut sordidi
habens, friabile. * Vis ejus, astringere, meatus ob-
struere, refrigerare, excrescètia in carne cohibe-
re, ulcera ad cicatricem perducere, sordes & ul-
cera oculorum expurgare: silit & sanguinem è
cerebri membrana profluentem, & ut in univer-
sum dicatur, vis uslo plumbo similis est, &c. Ex
stibio paratur oleum, & vitrum, medicamentum
purgatorium, de quibus suo loco. *Dioscorides*.

De metallis frigidis in secundo.

ARGENTI scobs seu ramentum, quod Lima-
tura vocatur, aut scoria, aut hecylsma, aut encau-
ma, molybdenæ vim habet. * Confert humori-
bus viscosis, scabiei, pruriti, ulceribus, tremori
cordis, & oris fetori. De liquore, qui ex argento
chymicè conficitur, vide infra suo loco. *Dioscori-
des, Andernacus*.

SPUMA argenti, vulgò LITHARGYRIUM,
Ger. *Stiberschäum* dicitur, lapis est è plum-
bo factus: plumbum enim dum secunda fornace
excoquitur, aut solum, aut metallo aliquo per-
mistum, partim in lithargyrum, partim in plum-
bagem vertitur. Duo sunt ejus genera: unum
colore aureo, alterum argenteo: quo fit, ut illud
lithargyros auri, hoc lithargyros argenti nomi-
netur. Inde verò hæc differentia nata est, quod
alterum altero majorè vim ignis passum sit. Li-
thargyrium auri præfertur: hodie notissimum.
* Vis astringere, mollire, cava explere, excrescè-
tia in carne reprimere, ad cicatricem ducere, re-
frigerare, & ocludere, &c. *Medici Florentini*.

ARGENTUM vivum, Ger. *Zwerstib*, Gall.
Vifargent, Ital. *Argento vivo*, Hisp. *Azogue*, du-
plex est, nativum & factitium. Fit ex minio, quod
abusivè Cinnabaris dicitur, patinis scilicet im-
posita ferrea concha cinnabarim continente, &
calice cooperta argilla superlita, carbonibus suc-
cendunt. Siquidem detersa fuligo, qua calici in-
sident, refrigerata in argentum vivum coit. Qui-
etiam invenitur in argenti fodinarum tectis stil-
latim concretum. Alii per se in metallis inveniri
tradunt. Servatur in vitreis, aut plumbeis, aut
stanneis, aut argenteis vasis: siquidem aliam ma-
teriam omnem exedit, & dehuere facit. * Po-
tum vim perniciousam habet: suo enim pondere
interna exest. Remedio est lac multum subinde
potum & vomitionibus rejectum, aut vinum
cum absinthio, aut apii decoctum, aut semè hor-
mini, aut origanum, aut hyssopum cum vino.
Auri limata scobs, id est, ramentum quàm tenuis-
simum epotum mirabili est auxilio. Cæterum
ex argento vivo conficitur Mercurius sublima-
tus & præcipitatus, & oleum, de quibus suo loco.
Dioscorides.

PLUMBUM, Ger. *Sten*, Gall. *Plomb*, Ital. *Piom-
bo*, Hisp. *Plombo* nominatur, humida constat na-
b s

tura, frigore congelatum: item aërea & terrestri, sed pauca sit ex illo pila, seu mortarium, & pistillum, ad usum medicum. Quicumque enim humor in eo aliquandiu residet, multo evadet frigidior, quam antea fuerit. Ideo oleum omphaceum, aut rosaceum, aut melinum, aut myrrinum, si illi infundatur, remedium optimum adversus inflammationes, & ulcera contumacia, tum aliarum partium, tum naturalium, seu testiculorum, canerosque, & articularum fluxiones preparatur. Quod si refrigerans aliquis succus, ut sempervi, cotyledonis, intybi, lactuce, chondrillæ, psyllii, omphacii, portulacæ, mortario e jusmodi imponatur, subigaturque, in Sole, aut aëre, aliaque calefacto, præstantissimum efficitur medicamentum ad fervorem & calidas fluxiones restringendas. Quinetiam plumbum in laminas deducitur, quæ lumbis ad motum, genituræ fluxionem per infirmitia prohibent, insigniter refrigerantur. Bractea quoque tenuis ex eo facta ganglionum dissipat, propius et alligata. Ex eo sit oleum, de quo suo loco. *Andernacensis.*

PLUMBAGO, quæ Græcis Molybdæna, Germ. *Witger* vocatur, optima est flava, argenteæ spumæ amula, modice splendens: cum teritur rufa, cocta cum oleo jecinoris colorē trahit. Vitiosa est, quæ aërem, aut colorē plumbeum refert. Gignitur ex auro & argento. Est enim quedam fossilis, ad Sebastianam & Corcyrum inventa. Quo in genere probatur, quæ lapidosa non sit, aut recrementosa, sed nitens, & flava. * Vim habet spumæ argenti, aut recremento plumbi similem. Uritur, lavaturque; eodem modo miscetur convenientissimè medicamentis, quæ liparas vocant, atque emplastris minimè mordentibus. Carnem recreat, & ulcera ad cicatricem perducit: glutinantibus tamè medicamentis aut abstergentibus non convenit. Si deficiat, lithargyros ejus loco sumi potest. *Discorides.*

LOTURA plumbi sic fit. In mortariū plumbeum aquam incipiens, pistillo plumbeo terito, donec nigrescat aqua, & limè modo crassescat, aut lurulenta reddatur: luteo deinde colato, aquam superinfundens, quò facilis quicquid est resolutum, incerni possit. hoc iterum facito, usque dum satis tibi habuisse videatur. Ubi consederit priore aqua effusa, novam adjiciens ut cadmiam lavato, donec nulla exeret nigritia: postea in pastillos cogens reponit. Quidam scobem mundi plumbi limam questitam, mortario pistilloque lapideis terunt, aut manibus eum aqua paulatim adjecta fricant, donec nigrescat: mox ubi id persum serit, effusa aqua, colligunt in pastillos, nam tritum vehementer, cerussam simile redditur. Alii elimatæ scobi modicam plumbaginem adjiciunt, affirmantes ita elotum plumbum præstantius esse. * Potest refrigerare, adstringere, inducere, mollire, cavæ explere, sistere oculorum fluxiones, & ulcera exercere. Sanguinem supprimit: prodest contra sedis ulcera, condylomata & hæmorrhoidas, ex rosaceo: item ad ea, quæ nigre cicatricem ducunt: & in totum spodiū esse

æus præbet, nisi quòd non obducit crustas. Sincerum plumbum affridu marini scorpionis, draconisque; plagis auxiliatur. *Discorides.*

URITUR plumbum sic. Super quam tenuissimas laminas, siccili novo inditas, sulphur inspergitur: additisque; alis rursus laminis, interjecto semper sulphure, usque dum vas expleveris, succendito, flagrante autem plumbo, ferrea rude versato, donec perfecte redigatur in cinerem. nihilque; è plumbo non usum haberit, tum demum obstructis naribus eximito: alioquin halitus plumbi noxius sentitur. Aut elimatæ plumbi scobem in olla sulphure urito. Alii laminas in siccili crado, ut dictum est, imponunt fornaci, aut foco, & circumlidentes operculum, dato exiti spiramento, urunt. Alii pro sulphure cerussam, aut hordeum inspergunt. Alii integras laminas imponentes, acri igne utuntur, & rudicula ferrea continue movent, dum in cinerem solvantur. Sed difficilis hujusmodi usus, & si vehementius uratur, contrahit spumæ argenti colorem. Magis tamen nobis placet prima urendi ratio. Plumbum usum lavatur ut cadmia, & reconditur. * Eosdem effectus habet, quos plumbum elotum, sed multo actiores. *Discorides.*

RECREMENTUM plumbi, quod scoriæ vocant, optimum est densum, fractu contumax, cerussam planè representans, nihil plumbeum habens, quod ad luteum colorem accedit, & urit, splendorem imitatur. * Eadem quæ plumbum exustum potest, sed magis adstringit. Lavatur in mortario insula aqua, & resusa summa aquæ parte, quæ luteum colorem duxit: idque sepius, dum recrementum absumatur. Dein ubi consederit crassamentum, aqua effusa, digeritur in pastillos. *Discorides.*

CERUSSA (Ger. *Witger*, Belg. *Laotermus*, Gall. *De la Ceruse*, Ital. *Bianca*, Hisp. *El aluayalde*, appellatur) sic hoc modo. Insulo in urcum oris lati, aut siccili labellum, quam acerrimo aceto, laminam plumbeam supra siccili spiraculum, subiecta prius arundinea tegere, firmato: superjectisque velaminibus, ne halitum expiret acetum, ubi resoluta fuerit, defluensque; deciderit, humorem purum ad summam delatū colato, crassamentumque; transfundito, debet quoque sicari in Sole, mox trahatili mola terri, aut aliâ tritum cribrauit, postea quòd superest duri, in tenues partes redigendū, cribrandumque; vicissim eadem tertio, quartoque; facienda. Melior, quæ primò cribrata est, & medicamentis oculorū assuetanda. Secundum locum tenet sequens, & reliqua suo ordine. Nec desunt qui lignæas rudes in medio vase appendant, & derato ceu situ imposito, ita ut acetum non contingat, inditòque; operculo circumlidentes dimittunt. Post dies decem laxato obturamento visunt: cumque; resoluta materia fuerit, reliqua, ut supra diximus, exequuntur. Si autem quis in pastillos velit digerere, acetum acri subacta, dividitur in pastillos, qui in Sole siccantur. Æstate tamen supraddictum opus obcurandum est: ita enim candida atque effica redditus

redditur. Quinetiam hyeme paratur, urceis supra furnos, balnea aut fornaces impositis: ascendens enim calor idem, quod Sol, præstat. Laudatissima fieri putant Rhodi, & Corinthi, aut Lacedæmone: proximam Puteolis. Torretur hoc modo. Flagrantibus igni carbonibus, fictili novo, maxime Attico, tritam cerussam imposito, & assidue versato: cumq; cinereum colorem traxit, extingens refrigerato, & uitior. Est & aliud ureadi genus. Trita patinis novis supra prunas imponitur, & ferulacea rude movetur, donec colore similis sandarachæ fiat, exactaque ad usum ministratur. Quæ verò ita parata est, Saudyx à quibusdam dicitur. Lavatur Cerussa eadem modo. * Cerussa frigida est & sicca secundo ordine: occludit, emollit, explet, extenuat: in super excrecentia leuiter reperiunt, & ad cicatricem perducit. Milcetur ceratis & emplastris, quæ sparæ vocantur, pastillisq;. Est autem lethalis ejus proutus. *Dioscorides.*

De metallis astringentibus.

CADMIÆ fornicaria melior est botrytis, ite facemola, in summo fornacis arariæ affixa, densa, modicè gravis, in leuitatem magis inclinaus, colore spodiæ, & quæ fracta cinerulenta & æruginosa est. Cadmia lapis, e laminæ vulgò dicitur, ejus pulvere ex rubrum pallore tingunt, & augeat etiam hodie fabri ararii. Is alieno sapore inædenti est, & in sarricam tritis, aceto subactis, in Sole siccat, in lapidè, in igne manet, & fuliginem edit lateam vel æream: quæ lapidè eandem in lapidum fodinis inuento, à nonnullis malè pro Cadmia supposito conueniunt. Repertur itaque aliud Cadmiæ genus, lapidis similitudine in arariis fodinis, teste Gal. tanrecti Dioscorides negat: imò hodie adhuc reperitur, huiusque usus est, qui aurum, hancum conficiunt. *Astæci Colonienses.*

POMPHOLYX vera Arabum Thutia est, sit è tenuissima favilla, quæ in altum evolat, & testè fornaci; adhaerens: principio cum sic aquarum bullis simile prodit, quæ per pluvias inter Veris initia erumpunt: colore albo, quæ in tenuissimum pollinque, similem pulverem dissolvuntur: similes habent facultates, sed pompholyx est tenuiorum partium. Pompholyx pharmacopœiæ Nihil album. Germani *Wißstein* appellant. Probat, quæ Norinbergæ conficitur. Hodie itaque cognitum, & facile ex arariis officinis haberi potest: sed his substitui possunt Dioscoridis antispodia, aut officinarum thutia. * Vim habet adstringendi, refrigerandi, expleudi, purgandi, obstruendi, & aliquantum exticcandi. Inter medicamenta numeratur, quæ leniter crustas obducunt. *Medici Colonienses.*

SPODIUM in æris fornacibus invenitur, ubi & pompholyx, quæ Arabum Thutia est: (nam officinarum thutia, veterum Cadmia est, ut mox dicitur) sunt ex favillis è metallo, dum coquuntur, emicantibus, & specie differunt. nã spodium sit è paribus crassioribus, & ararium in officin-

narum parimentis reperitur. Ideo multum terre colligit, & spureitia reficitur. Hoc hodie in pharmacopoliis Nihil griseum, & à Germanis *Grammitz* appellatur. Spodium Avicennæ sit ex arundinis radicibus, ejusque usus est in ab Avicenna præscriptis medicamentis: nam antispodii genus est. Illud verò, quod ex boum, similiaque animalium crutibus confectum officinæ usurpant, præstat reficere, ejusque loco aut Avicennæ, aut Dioscoridis aliquo antispodii genere uti, in his præsertim, quæ in troscumenda sunt, medicamentis: in his verò, quæ foris adhibentur, aut verò spodio, aut pompholyge, aut thutia officinarum præparata. *Medici Colonienses.*

THUTIA, officinarum veterum cadmia est, fornicaria scilicet. Gignitur in fornacibus arariis, fuligine statim egesta, veluti spodium & pompholyx, quæ vera est Arabum thutia. *Medici Colonienses.*

GYPSUM (Ger. *Gips*, Belg. *Leem mortel*, Ital. *Gesso*, Gall. *Du plâtre*, Hispan. *Tesso* nominatur, è quodam candido lapide sit, in laminas facile scissibili, qui tamen non longa ignium vi torretur, & excoquitur. Fir etiam gypsum è speculari lapide, qui Græcis *εὐλαβὴς* dicitur. Item ex alio quodam lapide nivei candoris, è quo in Hetruria tornopannæ & alia vasorum genera conficiuntur. Hinc Alabastrum appellant, sed perperam. Gypsum & ipsum ad communem omnium terrenorum, lapidolorumq; corporum facultatem, qua desiccare dicta sunt, in super hoc adjunctum habet, quod est facultatis emplastice. * Habet vim adstringendi, obstruendi: sanguinis eruptiones, sudoresque cohibet: sed potum strangulationis modo jugulat. *Galeni, Dioscori, Matthioli.*

De metallis venenosis.

ARGENTUM VIVUM potum, stomacho, vètri, & interaneis gravitatem cum magis cornibus adfert, & nonnunquam pondere suo intestina vulnerat: urinamq; supprimit: corpus intumet, plumbeamq; de formitatem concipit. Lac copiosè potum aux. *Seri costat: sed postea evomunt, qui hauerunt. Dioscorides.*

ARGENTI SPUMÆ pota eadem quæ argentum vivum infert. Quibus subvenit secundum vomitionem, potum sylvestris homini semen, myrtæ drachmæ octo, absinthium, hyssopum, apii semen, an. piper, aut bigustri flos ex vino: aridum palumbis simum, cum nardo & vino. *Dioscorides.*

AURIPIGMENTUM, CALX, & SANDARACHA pota, alvum & intestina cum vehementi erosionè exsternant. Præbenda cuncta quæ sit adavitu illorum acrimoniæ heberant ac solvunt, & faciem lubricamq; alvum reddunt, eujusmodi bibet & malvæ succus est. Dandum decoctum semtais lini, vel semen tragi herbe vel oryze, lacq; cum aqua multa copiosum, jura pingua, & boni succi. *Dioscorides.*

CERUSSA suo colore proditur: sumpta enim, mox palatum, gingivæ, lingua & commil-

suræ dentium, candore quodam inficiuntur: singultus, tussim ac linguæ ariditatem excitat: iis extrema frigeſcunt, mens labat, membra torpeſcunt. Quibus dare convenit aquam muſſam, aut ficum aut malvæ decoctû, aut lac calidum, aut ſeſamam ex vino tritam, vel lixivium ex ſarmentis factum, amaracinum oleum, aut irinum, perſicorum oſſa cum hordei decocto: columbina ova cum thure, aut hordei decocto, aut prunis: aut gummi, quod ulmus ploravit: aut humorem, quem ulmea folia reddiderunt, cum aqua tepida: ſed tum quoque novant. Convenit etiam thapſiæ ſuccus, aut ſcammoniæ, cum aqua muſſa potus.

LAPIDESCENS GYPSUM ſtrangulationem creat. Quare eadem proferenda ſunt, quæ manſis fungis, auxilia: & adhæc malvæ decoctû,

quod etiam olei vicem penſat: utpote cum pingue ſit, emovendo lubricas vias & faciles reddit, deradique corpora non ſinit. quod ubi duratur in lapidem, gypſum efficit. Quinetiam prodeſt oleum ex aqua muſſa, aut ſicorum decocto & lixivio è ficulneo cinere, aut ſarmentis facta, cum vino copioſiore pota: & origanum, aut thymum cum lixivio, aut aceto, aut paſſo: hi que decocto malvæ proluendi. *Diſcorides.*

De metallis alterantibus qualitate occulta.

ALUMINE ligna & tabulata ignita illita non ardeſcunt, ut nec poſtes, fores aut lacunaria ære viridi imbuta, modò cruſta durior iis obducatur, & alumen plumbiq; albi cineres pigmentis copioſe miſceantur. *Mizaldus.*

DE LAPIDIBUS, Sectio VI.

